

11

SPECIMEN INAVGVRALE MEDICVM,
SISTENS QVÆDAM 1790,
CIRCA
PATHOLOGIAM 12
MORBORVM
CONTAGIOSORVM
GENERALEM,
AVCTORITATE ET CONSENSV
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN REGIA FRIEDERICIANA,
PRAESIDE
IO. CHRISTIANO REIL,
MEDIC. ET CHIRVRG. DOCT., THERAP.
PROF. PVBL. ORDIN., DIRECT. INSTIT. MEDICE
REGII CLINICI,
CIVITATIS HALL. PHYSICO ETC.,
PRO
GRADV DOCTORIS
SOLEMNITER OBTINENDO
DIE VIII. FEERVAR. MDCCXC.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR
FRIED. CAROL. ALEX. HEYDRICH
CALBENSIS MAGDEBURGICVS.

HALAE,

TYPIS I. C. HENDEL.

ANNO DOMINI MDCCLXV
BAPTISMUS

MAIUS

MAY

— nec quidquam sub sole nouum.

Eccles. cap. I. v. 9.

LLV

A

D.I

NOS

CORP

ACA

M

SVM

V I R O,
Q V E M D I I A M A N T,
ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO
EXPERIENTISSIMO,
A E V I N O S T R I
HIPPOCRATI,
AVCTORITATE ET OMNI
VIRTVTVM GENERE
ORNATISSIMO
D.IOA.CHRIST.ANTONIO
T H E D E N,

MEDICINAE AC CHIRVRGIAE DOCTORI,
POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS
CHIRVRGO PRIMARIO,
NOSODOCHIORVM CASTRENSIVM
INSPECTORI,
COLLEGII MEDICI REGII SVPREMI
MEMBRO ET CONSILARIO:
CORPORIS REG. TORMENT. BELL. PRAEFECT.
CHIRVRGO. MILITARI,
ACADEM. CAES. NATVRAE SCRVTATORVM
SOCIO,

MAECENATI AC PRAECEPTORI
SVMMMA RELIGIONE PER VITAM
COLENDO.

... O P S V
... E W A L D S C H O G G O
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O M I C R O P R I M U M
I A T I O N I U Z A

... E L L O C H T H I N
I E M O N S S T A T I C O T O N A
T R U M B O V I T T A V
C H E Z Z A M O

O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R
... O F F I C I O N A L Y R E V E R T E N T U R

NEC NON
VIRO
EXCELLENTISSIMO, DOCTISSIMO
EXPERIENTISSIMO
EMANVELI THEOPHILO
HEYDRICH,

MEDICINAE DOCTORI
ET
PRACTICO STASFVRTHENSI;

PATRI OPTIMO

NVNQVAM NON SATIS
DEVENERANDO,
TENTAMEN HOCCE IN AVGVRALE
SACRVM VVL T
ET OFFERT

AVCTOR.

NOTOVA

P R F A T I O.

Palmarum sibi nostro praesertim
aequo in indagandis morborum causis
ac effectibus praeripuit *principium vi-*
tale, quod alias medici, mechanismo
ac chemiae nimium indulgentes, plane
neglexerant. Quod de *anima sensitiva*
atque *calido animato* (HELMONTI
archaeo) differuerunt veteres philosophi,
ac STAHLIVS eiusque affectae de *animae rationalis* dominio in corpore animato
docuerunt, recentiores doctrinae de
viribus organicis, *vitalibus* vindicant.
Optimi et de republica nostra bene
meriti viri, e quibus nominare suffi-
cit MACBRIDE, MUSGRAVE, FOR-
DYCE, VNZER, HOFFMANN,
SCHAEFFER, CULLEN, MEZLER,
PLATNER, WEIKARD, BVRSERIVM
DE KANILFELD, DE HOVEN al-
vnamiter conueniunt, pathologiam
utilius partium solidarum affectionibus
superstruendam, ac ubique respicien-
dum esse ad vires corporis animales,

sa-

sanitatis et aegritudinis vnicas cauſas.
Cuiuscunque humorum corruptionis
fontem ex prima solidorum affectione
deducere debere, ex legitimo ratiocinio
fidisque obſeruationibus demon-
ſtrant. Nec non neruorum imperium
in fluida ſatis perſpicuum eſt, ac ne-
minem fugit, ita, ut H V N T E R,
H E W S O N al. ſanguini vitam adſcrip-
ſerint. Incommodeum mihi itaque mi-
nime videbatur, de contagio diſſerer
ac nonnulla circa materiae contagioſae
actionem ad diſputandum proferre,
quaे quidem generaliora ſunt ac haud
quaquam theorematata neque iudicia
decisiua ſiſtere debent. Morbos con-
tagioſos his illisue tantum regionibus
endemicis v. c. luem indicam (YAWS.
NIELEN von den indiſchen Pokken im
1 St. 7. B. Samml Abhandl zum Gebr.
pr. Aerzte) ſilento praeteriui ac eos
morbos, quorum contagii facultas
multis obnoxia dubiis eſt, e noſtrorum
numero excludere ſtudui. Vtrum be-
ne, an male, ipſe iudicet benevolus
lector, haud immemor, iuuenilem eſſe
laborem.

§. I.

fas.
onis
one
oci
mon
ium
ne
R,
rip
mi
rere
osae
erre,
aud
dicia
con
ibus
ws.
im
febr.
eos
ultas
rum
be
clus
esse



§. 1.

Totus homo, morbo contagioso laborans, morbus sit et illum undique propagatur: verba sunt immortalis SWIETENI¹⁾, ubi agit de contagio, cuius actione morbi quidam, contagiosi dicti, in alios sese homines propagant. - Etenim *contagium* (*Ansteckung*) communicatio est materiae morbose ab uno corpore in aliud, qua corporis insufficientis morbus plane similis in sano ad contagium disposito producitur.

§. 2.

Morbi contagiosi translationem materiae suae tanquam caussam contagii supponunt, quamobrem morbis, de quibus observationes nos docent, quod sese sine materiae cuiusdam translatione propagauerint, quorum exempla BOERHAAVE²⁾ ZIM-

1) Comment. in aphorism. Boerh. ad §. 1382.

2) Lib. de morb. nervor.

A

ZIMMERMANN ³⁾, MICHAELIS ⁴⁾
al. nobis tradiderunt, minime contagii sa-
ultas adscribitur.

§. 3.

Materia hac contagii facultate praedita variis insigunt nominibus; appellantur nempe scriptores *contagium*, *miasma*, *virus*, *materiam contagiosam*. Qui voce contagii pro materia contagiosa usi sunt, errarunt in eo, quod effectum cauflae substituerint, cum contagium omnino materiei istius effectus sit: etenim haec ante contagium iamiam in corpore inficiente adest, ac nisi eiusdem communicatio cum alio corpore acceserit, non fit contagium. — *Miasma* vocant GAUBIUS ⁵⁾, CVLEN ⁶⁾ al. istam externam morborum cauflam, quae debetur rebus vitae expertibus, ac morbis epidemiacis originem

prae-

3) Ueber die Erfahrung in der Arzneywissenschaft.
Theil II.

4) Medic. pract. Bibliothek. 1 B., 3 St.

5) Institut. patholog. medic. §. 496.

6) Anfangsgründe der praktischen Arzneywissenschaft.
Theil I. §. 80.

s 4)
ii fa-

orae-
ella-
fina,
voce
sunt,
ussiae
ma-
ante
iente
cum
onta-
s 5),
orbo-
vitae
inem
prae-
schaft

praebet; qnam alii ex mente VN Z E R I 7) virus appellant. Ac quum nostris temporibus morbi epidemici attentionem, quae negligi videbatur, sibi vindicent, vocem illam merito morborum causa istorum sibi resumere videtur. — Tò Θεον vocasse HIPPORATEM latentem epidemicorum causam SWIETENIUS 8) affirmat, nec non à GALENO istud ad causas aeris mutationibus originem debentes relatum esse, BALLONIUS 9) testatur. Materia maligna ALBERTI 10) NIEZKY 11) al. mox refutatur ac obsoletis istis vocibus SEVERINI 12), impressura, in quinabulo vix virus vtitur. Materiem ergo istam contagiosam dicete nobis liceat.

Nonne autem distinguendum inter contagium et contagionem? an istud ad

A 2 fa-

7) Einführung zur Pathologie der ansteckenden Krankheiten, S. 37.

8) I. c. ad §. 1404.

9) Epidemior. et Ephemerid. Venet. 1734. L. I.
P. 2.

10) Introdact. in vnu. medic. esp. de variol. &
morb.

11) Fundament. Patholog. §. 77.

12) Lib. de nou. abscessi. esp. 23.

4
facultatem materiae sese propagandi referri, atque eiusdem actio in alio corpore iamiam exserita *contagionis* nomine insinuari debet?

§. 4.

Nec praeterunda vox *infectionis* est. Ut enim infectus aliquis appelletur, requiritur, materiam contagiosam ab exteris ad eius corpus allatam esse, scabie enim a causa interna laborans infectus non dicitur. Deinde materiam hanc vim suam propriam exercere oportet, sic materia infantis variolosa matrem lactantem proxime attingit, nec hanc infectam vocamus, nisi materia recepta variolas producat. Elucet ex hac infectionis idea, cur primum variolarum stadium tempus *contagii* s. *infectionis* dicatur, etenim his diebus phaenomena, quae nos de effectu materiae variolae certiores faciunt, apparent.

§. 5

Materia contagiosa in alia corpora duplice modo, vel immediate, vel mediate desertur. FRACASTORIUS¹³⁾ qui dem

¹³⁾ De contagio et morbis contagiosis, Venetiis 1546. L. I. p. 12.

dem ac secundum eum alii tres communica-
tionis modos statuunt, atque aliud per
folum aegri contactum, aliud per somitem
sue contactum rerum aegri contactu inqui-
tatarum, aliud denique per inspirationem
aeris exhalationibus contagiosis repleti
fieri dicunt. Verum non sinitre alii duos
tantum infectionis modos constituant, at-
que ex modo, quo morbida ista materia
in aliud corpus transfertur, commode di-
vidunt contagium in immediatum, seu il-
lud per *contactum*, quod aliis infectio per
contagium audit, et mediatum, seu *con-
tagium in distans*. Hoc sibi vindicat ve-
hiculum aeris, qui particulis contagiosis
repletus corpus insciendum subit ac in-
trat; vel res aegri contactu contaminatas,
quae proxime ac satis longo tempore cor-
pus sanum attingunt; cuius species ergo
sunt contagium per aerem et per somitem,
quod quidem MEADIVS¹⁴⁾ ad illud per
contactum, nos autem rectius cum SEN-
NERTO¹⁵⁾ ad contagium mediatum re-
ducimus. Omne corpus anima expers, ad
quod materiae contagiosae transmissio fit,
et quod eam recipere, atque aliquandiu

fer-

¹⁴⁾ Medic. sacr. p. 9. seq.

¹⁵⁾ Institut. medicin. lib. II. part. II. csp. 12.

seruare potest, videlicet lanae, lintera,
pellis, ligna foraminulis instructa al. con-
tagio saepius ansam praebent, immo etiam
bruta somitem praestare valent.

§. 6.

Non omnes materiae contagiosae in
distantia agunt. Luem venereum, hydro-
phobiam ac scabiem, nemo, nisi fallor, per-
solum contactum propagari, dubitat. Sca-
biei contagium per constitutiones quasdam
epidemicas, v. c. atrabilarias ex mente
DE LA CLOTVRE ¹⁶⁾ promoueri, ob-
servationes non ita rarae testantur; atta-
men hoc nihil probat, nisi quod corpora
ex istis constitutionibus epidemicis maio-
rem materiam recipiendi proclivitatem ac
huius impressionem admittendi dispositio-
nem acquiesuerint: nec non hic morbus
saepius tunc tempore sponte ortus conta-
gium promovere potuit. -- Alios mor-
bos contagiosos, variolas puta et morbillos
in distantia facultatem sese propagandi ex-
ercere posse, per pauci tantum modo ne-
gant, inter quos primam sibi locum vin-
di.

¹⁶⁾ Lepecq de la Clôture Sammlung von Be-
obachtungen epidem. Kht. u. Constit. p. 566.

nte,
con-
tiam

e in
ydro-
per
Sca-
dam
ente
ob-
attac-
pora
naio-
n ac
ficio-
rbus
onta-
mor-
illos
ex-
ne-
vin-
di-
n Ba
§ 66.
te,
con-
tiam

dicat HAYGARTH¹⁷⁾, qui experimen-
tis sat speciosis euicit, non ultra cubitum
dimidium contagii vim valere. Me arbitro
etiam stabilibus probare argumentis non
poteris opinionem, quod illi morbi non
ex solo contagio proueniant, sed magnam
partem constitutioni etiam epidemicae or-
tum suum debeant; obseruata enim, anni
quaedam tempora ac aeris tempestates
praeprimis iisdem fauere¹⁸⁾, minime hoc
firmant, quippe nil docent, nisi quod pec-
uliari aeris constitutione corpora conta-
gio recipiendo aptiora reddantur, vnde
latum tunc temporis eorundem imperium
deducere debemus.

§. 7.

Materia contagiosa, dum praeprimis
causae contagium promouentes accedunt,
late dispergi, suum morbum multis in
corporibus producere, atque hac ratione
omnino morborum quorundum epidemico-
rum causa haberi potest. Hoc autem
minime semper fit, cum negari non possit,
quod

¹⁷⁾ Inquiry, how to prevent the small pox.
p. 59.

¹⁸⁾ de la Cloture, l. c.

quod aeris depravatae qualitates, eiusdem mutationes subitaneae et irregulares, nec non qualitates reliquarum rerum non naturalium vitiatae, causas variorum multosque homines corripientium morborum sistant, ab aliis nomine *causae communis*, vel *miasmatis*, vel ex mente veterum, *diiuini*, commemoratas. Attamen ad nostra usque tempora animaduertimus, medicos minus fidis obseruationibus seductos morbos qui plures ac cohabitantes inuidunt homines, contagiosos putare, quos paulo sollertiau inquirentes constitutionis dictae epidemicae originem ac causam suam debere, obseruamus.

§. 8.

Certius morbi maligni a contagiosis distinguui possunt, ut omnino mirandum sit, contagium a quibusdam iisdemque magni nominis viris ut signum malignitatis esentiale habitum esse. Contendunt omnes, ni fallor, opinionis huius defensores, materiam contagiosam ad putridum majori gradu proclivem esse, vel faltem putredinem pedissequam habere, quo ex fonte iste error promanare videtur, quem multo-
ties in re medica committi cernimus,
quod

dem
nec
atu-
tos-
rum
nis,
di-
ad
nus,
dac-
qua-
quos
tioni
flam
josis
n sit,
agui-
fleu-
nes,
ma-
ajon-
redi-
fonte-
ulto-
mus,
quod

Quod casus speciales citra omnem respectum ad normam generalem recipientur. Observarunt in morbis, eminentiore gradu cum putredine coniunctis, signa ista ab omnibus omnis aevi medicis malignitatis tanquam essentialia demonstrata, praeprimis plenariam ac subitaneam virium vitalium prostrationem. Hinc sibi persuasere, putridum semper malignitatis causam esse, ac per morbos malignos intellexere non nisi eos, qui putrido vel in corpore orto vel per miasma vel ex eorum mente per contagium recepto originem suam debeat ac prostrationem istam virium per syncopes, pulsus celeres ac frequentes al. se manifestantem, calorem mordacem, athymiam, obscurationem sensuum, corruptionem humorum, praeprimis principii, vt aiunt, neruosi, unde omnes functiones laedantur ac destruantur, tanquam signa febris malignae characteristica ponunt, quae febrem putridam nobis declarant. Sic TISSOTI¹⁹⁾ symptoma febris malignae sunt signa putridae apud alios. Sic PRINGLE²⁰⁾, MON-

RO

¹⁹⁾ Avis au peuple sur la santé. Laus. 1761. chap. 18.

²⁰⁾ Beobachtungen über die Krankheiten einer Armee, übersetzt von Greding.

RO²¹⁾, BÜCHNER²²⁾ NIEZKY²³⁾, al. febris putridae intensorem gradum malignam dicunt. Ista virium plenaria ac subitanea prostratione adducti virus quoddam subtilissimum viribus ac vitae maxime infensum, humores citissime ac validissime inquinans, idque, has aliasque mox memorandas ob caussas, contagiosorum morborum caussam putant; quam quidem negare in mentem mihi non venit, si recesseris ab ista ei adscripta contagii facultate, atque illam semper morborum rationem nostrorum non tuearis. Arrideat tibi haec illave malignitatis idea vel ista ex mente

HIPPOCRATIS²⁴⁾, GALENI²⁵⁾, GORRAEI²⁶⁾ aliorumque eorum affectiarum, quam etiam ex recentioribus nonnulli SENNERTUS²⁷⁾ BOERHA

VE

²¹⁾ On the diseases of the army.

²²⁾ Cf omnes circa hanc rem pael. Büchneri diss.

²³⁾ I. c. cap. de febr. mal.

²⁴⁾ Prorrh. Coac. Praenot. et de morb. mulier. L. II.

²⁵⁾ De Crisib. L. I. c. 12, et Comment. i Prorrh.

²⁶⁾ Definit. medic. Paris 1622. sub voce Kanon¹⁵⁵.

²⁷⁾ Institut. med. lib. II. part. I. cap. 11. — „Similes nimis sunt tales morbi homini-bus“

VE²⁸⁾ eiusque commentator van SWIE-
TEN²⁹⁾, WEDE³⁰⁾ LIEVTA VD³¹⁾,
SCHRÖDER³²⁾ al. tueri videntur,
quibus morbus aliorum *insidiosus*, *malign-*
nus audit, et analogia a rebus moralibus
ad medicas inducti, illiusmodi morbis
malignitatem adscribunt. Vel sive de
HAENIO³³⁾, BOEHMERO³⁴⁾ al. quibus
malignitas id, quod SYDENHAMIO³⁵⁾,
HOFFMANNO³⁶⁾ rel. morborum ano-
malia est. — Omisis aliis malignitatis

no.

„bus malis, qui aliud vultu et verbis p̄ae se
ferant, aliud corde occultant, caet.“

28) Institut. medic. pag. 919.

29) l. c. ad §. 736.

30) Patholog. med. dogmatic. S. I. cap. 7. „Ma-
lignus f. mali moris morbus dicitur a simili-
litudine perfidorum, subdolosorum f. ho-
minum f. brutorum.“

31) Synop. vniu. prax. T. I. p. 20.

32) Marcard Diss. exam. rigores malignitat, febr. Gött. 1770.

33) Rat medendi. Vienn. 1759, Part. III. cap. 3.

34) Diss. de notione malign. morbis adscript. Halae 1772.

35) Opusc. vniuers. Lips. 1711. Sect. IV. cap. 6.

36) Medic. rat. system. Tom. IV. p. 1.

notionibus, quorum pertinet prostratio virium vitalium ³⁷⁾, vel earundem intensio, vel refractarium in morbis ³⁸⁾ rel., iamiam satis apparere videtur, malignitatem nec genus, nec classem morborum in pathologia fistere, sed quem omnes, in primis febiles morbi per accidentia symptoma maligni fieri possint ³⁹⁾, istam solummodo individuales morbos fibi vindicare; etenim etiam quotidiana testatur experientia, morbos contagiosos saepissime sine vilo malignitatis indicio extare.

§. 9.

Natura ac crasis materiae contagiose nobis plane ignota est, cum sensus fugiat, ac hanc ob rem inquisitionem deludat, quippe cum id, quod contagii facultate praeditum est v. c. pus variolosum materia ipsa non sit, sed eiusdem modo vehiculum. Nec multa differamus de

va-

³⁷⁾ Hoffmann I. c. Tom. III. Stollii Rat. med. P. I. pag. 17. Tissotii Tentam. de morb. ex masturbatione. pag. 201.

³⁸⁾ Gaub. I. c. §. 876.

³⁹⁾ Epherhausen Diss. de transitu febr. ben. in mal. Praef. Bochmero. Halae 1766.

variis circa hanc rem opinionibus, quae
nil sunt nisi ingenii specimina luxuriantis
meraque hypotheses⁴⁰⁾. Sufficere nobis
videtur, dummodo paucis eas hypotheses,
quae omnium maxime effloruerunt, inda-
genus; quorum prima est, quod materia
contagiosa seminum verminosum sit.
Allegare solum placet KIRCHERVM,
HARTSOECKERVM, LANGIVM,
HAVPTMANNVM, BELLOSTIVM,
RIVERIVM, ANDRY, DEIDIER,
DESSAVLT, PLENCLIZ sen., LEEU-
WENHOECKIVM, LINNAEVM,
PALLAS rel. quorum alii omnes
morbos contagiosos ac quosdam epide-
micos, alii hunc illumne modo mor-
bum, sic ex recentioribus ROSEN-
STEIN⁴¹⁾ tuffin conuulsivam, PRING-
LE⁴²⁾ ac WICHHMANN⁴³⁾ scabiem a
vermibus seu caufa animata deduxerunt.
Eiusmodi caufiam evincere studuerunt

CON-

40) Cf Gerike, Diss. sist. miasmatologiam gene-
ral. Gött. 1775. §. 23.

41) Kinderarzt. Hamburg 1766. *Vom Keichhu-
fien.*

42) l. c. Cap. von der Kräze.

43) Aetiologie der Kräze. 1786.

congeriem esse minimorum vel visibilium vel inuisibilium animalculorum vel contactu sese communicantium vel per aerem volitantum, quae corpora humana per inspirationem aut poros subeuntia eorum partes corrodant et corrumpant sicut ista, e quibus egressa sint. Huius systematis argumenta repetere volvare partim e quibusdam observationibus, quod animalcula in quibusdam morbis contagiosis inuenta sint, quae vidisse PLEN CIZ, DE LINNE al. affirmarunt, partim ex ipsis observationis, quod Sulphur, Mercurialis aliaeque anthelminthica optimos effectus produxerint, qua de re MONRO, PRINGLE al. externum horum usum interno praferendum esse in scabie curanda contenerunt.

Sed singulae, quae prostant, eiusmodi observationes dubia contra hancce opinionem non auferunt, cum in permultis morbis ista animalcula minime inventantur, neque, si adsint, tanquam causa sed accidens haberi possint⁴⁴⁾, etenim mul-

⁴⁴⁾ Sowohl die Dysenterie als Fiber sind öfters mit Würmern begleitet, die aber keineswegs für die Ursach von einer von beiden Krankheiten aufzehalten werden. Pringle l. c. p. 9.

is in morbis, quos nemo ab iis deducit,
inveniuntur⁴⁵⁾. Nec animalculorum istorum
vel generationem vel generationis causam
et modum, nec eorum constitutionem
aut formam, immo denique unum ex illis,
si discesseris ab animalculis, scabiem secun-
dum hanc sententiam efficientibus, quae
ingeniosissimus de Linne in speciem Acari
reduxit redigit, vel demonstrare vel cer-
tis rationibus probare valeant. Quod
curationem istam per usum medicamento-
rum externum attinet, minime argumen-
tum praebet, cum plures morbi, erysipe-
las, hierpetes al. existent, quos semper
vita fluidorum maiores nostri habuere,
quique secundum rationem et experien-
tiā, quod externis curentur, laepius
ad solidorum vitia a coaeuis referuntur.
Nec remedia commemorata solummodo
virtute anthelmintica gaudere, demon-
strari potest, cum eorum facultas in solida
agendi veritati magis consona videatur.

Minime etiam iis argumento est,
Quod secundum hoc sistema varietas mor-
borum facilius intelligi possit, cum rem
hōn

45) *N. Litterar. Nachrichten für Aerzte etc. Erster*
Jahrg. S. 474. seq.

non clariorem reddant nobis, qui ex specifica cuiuscunque morbi contagiosi materia varietatem istam repetimus. Pluribus CURELLA, AMMAN aliique hoc sistema refutarunt, nec non legendus est circa causam morborum cutaneorum animatam LORRY de morbis cutaneis.

§. 10.

Errare ii non minus videntur, qui in exponentia materiae contagiosae natura ad *putridum* refugiant ac evincere conantur, eiusdem varietatem ex gradu putredinis vel maiori vel minori repeti debere. Putredinis huius defensores praepositi facultate putridi liquidis communicati, mortum intellimum, cui putridum ortum derbeat, inducendi, hincque fluida sibi affilimandi, nec non et statu humorum putrido in multis morbis contagiosis vel in initio iamiam apparente vel eorum decursum concomitante, huius sententiae probabilitatem derivant, quae omnia recentiorum indagatione ac periculis refutari possunt. Optimi enim nunc autores, morbos putridos hoc modo, quo v. c. liquida extra corpus humanum stagnitia operationis ac motus intellimi in mal-

sam
negar
labesfa
humo
tas v
retene
fat lu
asma
cere p
tes m
praua
subsec
non l
afficen
nime
tentia
nifi il
aiunt,
multo
clauso
diana
bos,
nosoco
cis in
confi
nente
bus.

sam putridam abire videmus, oriri, plane
 negant, sed, eosdem ex principii vitalis
 labefactatione ac exinde proueniente ista
 humorum alienatione per turbatas vel auc-
 tas vel imminutas organorum functiones,
 retentionem excernendorum caet. produci-
 sat luculenter demonstrarunt, qua de re mi-
 asma putridum nullo modo morbum indu-
 cere posse constat, nisi primo agat in par-
 tes nervosas aut in organa, et abhinc de-
 prauatio humorum ista putredini similis
 subsequatur. Cum autem de iure negari
 non possit, alias etiam materias nervosas
 afficere valere, ad putridum refugere mi-
 nime necesse videtur. — Obseruata ista fen-
 tentiam hanc non firmant, cum nil doceant,
 nisi istos morbos laepius per accidens, vt
 aiunt, cum putridis complicatos esse, quod
 multoties obseruari potest in aegris aere
 clauso vel corrupto degentibus: sic quoti-
 diana experientia testatur, multos mor-
 bos, vt etiam contagiosos, in carceribus,
 nosocomiis, nauibus aliquique eiusmodi lo-
 cis in putridos degenerare, ne loquar de
 constitutione epidemica morbis putridis fa-
 nente aliquisque horum caussis accidentalib-
 us.

Sed mitto iam haec, quum vix vi-
lus nostris temporibus hanc sententiam
tueatur, eamque facies nostrorum morbo-
rum iamiam refutet, atque ista materiae
nostrae, que primo nobis occurrit, qua-
litas, *varietas* nempe, rem extra omne
dubium ponat. Experientia, optima ar-
tis magistra, eam nos docet, ad quam so-
lam refugere nos oportet, cum intima
eiusdem materiae crasis prorsus lateat.
Ex effectibus igitur eiusdem, qui toto coe-
lo differunt, concludere licet, variam esse
et quemcunque morbum contagiosum spe-
cifica materia gaudere. Quantam cerni-
mus differentiam variolas inter et morbi-
los, qui tamen aliis sibi affiniiores sunt
quantum recedunt ratione febris, quae,
ab omni complicatione recedas, in variolis
inflammatoriam aemulatur, in morbillis
autem catarrhali non absimilis est; ratione
exanthematum, quae in variolis pustulas
in morbillis maculas referunt; haec per
desquamationem, ista per suppurationem
ac exsiccationem terminantur; ac si con-
tendere velis, varietatem inde oriri, quo
materia hoc illudue corporis humani liqui-
dum aggrediat, attamen, satis accurata

distingui posse v. c. scabiem venereum ab ista simplici, negare nequis. Nec, si varietaatem materiae reiicias, obseruata ista non exigui momenti explicare poteris, quod communicata cum corpore quadam materia altera, hoc iuuaserit, nec istius materiae vim debilitarit, vel abstulerit, sed haec nihilominus, morbis istis superuenientibus finitis, morbum suum produxit. Quando gradu tantum materia difserat, cur morbus a maiori v. c. putridi gradu proueniens istum minoris gradus secum non abripuit? Sic materiae infestatione variolosa contaminatos morbilli inuauerunt, hisque solutis inoculationis effectus se se manifestarunt; sic variolae, morbilli aliisque febres v. c. quartana cane morsos tabido afflixerunt, nec non, finitis istis, tristissimis morsus effectibus, hydrophobia, perierunt.

§. 12.

Alias materiae contagiosae proprias qualitates properante duntaxat calamo ingestigare placet, scilicet *fluiditatem* eiusdem et *subtilitatem*. Ex morbi contagioso dolore, quae semper materiam quandam in liquidis aegri haerentem supponat ac ex-

B 2

ha-

halatione aliquaque excrementis sanis cum corporibus communicatur, fluiditatem probare student, nec non facilorem materiae mixtionem cum aere aliquaque liquoribus pro fluiditatis argumento sibi sumunt.

Subtilissimam esse, primo docet eius summa efficacia, firmata analogia ab aliis rebus, quas, quo subtiliores, eo efficiiores esse videmus; sic principium electricum aere multo subtilius ideoque efficacius ac penetrantius est; deinde abscondita eius natura, cum sensus fugiat eiusque vehiculum tantummodo in sensus cadat hancce eius qualitatem testatur; odor enim iste, quem subinde percipimus, ^a pure pendere videtur ac in dentitione diffili cili al. interdum obseruatur. Propter hancce subtilitatem materiae contagiosae somes post aliquod tempus vim suam perdit, quod de his longiori, de illis breuiori tempore fieri, obseruatum est. Materia variolosa vitra quinque annos seruata optimo cum successu KIRKPATRICK⁴⁶⁾ ad inoculationem vclus est; omnino vase aperto breuiori tempore auolat, quod minori temporis spatio fieri de materia morbillosa

^d 46) The analysis of inoculation, Lond. 1754.

DE H A E N testatur. Denique materia-
rum quarundam cum venenis narcoticis
similitudo, quorum efficacia in materia
subtilissima sita est, hoc loco non inepte
argumento adduci potest. Vero per quam
simile etiam videtur, nervorum actionem
adeo viuidam, a qua pendent caeterae
omnes actiones et functiones, optime ex-
citari materie subtiliori quam crassiori.

Vel inuoluta vel dilata semper mate-
ria nostra est, ac quaevis liquidum corpo-
ris peculiare prae aliis sibi vindicat, eoque
vehiculo ad propagationem vitur, sic fca-
bies per liquorem glandularum cutanearum,
morbi venerei per mucum et adipem, hy-
drophobia per sanguinem, per serum variolae
et morbilli propagari videntur.

§. 13.

Sed quae nām ista est qualitas, qua
materiam hancce, vt in corpus agat, su-
unque morbum producat, praeditam esse
oportet? Hanc ob causam alii maximam
diffusibilitatem alii vim humores sibi assimili-
andi vel sese in iisdem multiplicandi ei
adscribunt. Indagemus itaque, utrum
diffusibilitas aut vis materiae sese multipli-
can-

candi rationi atque experientiae magis confona esse videatur. Qui pro diuisibilitate dimicant, humores fieri morbosos ex admixtione huius materiae, eaque ratione morbum produci, ac particulas istas in aliud corpus propagatas morbum suum producere credunt: comparant istam materiam cum materiis volatilibus, moscho aliquis id genus, quarum minima molecula perlato spatio partibus suis volatilibus subito divulgatur. Eo certius hanc summan divisibilitatem sibi perfuerunt, quo magis materiam non omnes corporis humores penetrare, sed solummodo humorem sibi magis analogum, contagii pabulum a maioribus dictum, sic ut materia hydrophobia saluam penetrare putant. De hoc contagii modo iamiam auctores assimilationi fauentes dubitant, cum omnino, si hanc summam divisibilitatem, tanquam propagationis rationem, respicias, non possis, quin materiae vim labente tempore diminui, concedas; cui autem experientia repugnat, quae nos docet, materiam contagiosam, postquam in innumeris hominibus vim suam exseruit, nihilominus eodem effectu alios invadere. Nullo etiam arguento probari potest,

sub

substantiam quandam extare, quae diuisionem, attenuationem, mixtionem cum aliis rebus rel. perpeſſa, semper vim ac qualitates suas retineat, atque vis ac volumen materiarum, quarum analogia hunc propagandi modum probare ſtudent, per diuisionem fugamque particularum volatilium imminuitur: praeterea, omnem diuifionem phyſicam ſemper finem adipisci, dubitari non potest. Accedit, cl. V N Z E R U M 47), qui materias quasdam hoc modo ſeſe propagare contendit, non negare, eam in corpore ſponte generari poſſe; unde concludere licet, eam facultate, ſimilem materiam in humoribus producendi, praeditam eſſe. Veritati ergo omnino magis consentaneum videtur, materiam contagiosam ſibi ſimilem in liquidis humaniſis materiam producere; ſed a veritatis tramite ii defleſtunt, qui hoc ab eius actione in humoris facultateque in hiſ motum intestinum multiplicationi ſuiae faventem inducendi repetunt. Analogia inter fermentum ac hancce materiam vtuntur: atque non ſecus, ac pars iſtius exigua maſſae cuidam admixta hanc in motum intestinum, fermentatuum rapiat,

eam-

47) l. e.

eamque totam sibi similem reddat, eo
etiam modo contagiosam materiam humo-
res nostros sibi assimilare putant. Sic
v. c. minimam putridi copiam liquidis hu-
manis allatam brevi tempore facultate sua,
motum intestinum producendi, haec sibi
similia reddere, affirmare non dubitant, qua
facultate commoti veteres iamiam mate-
riam contagiosam nomine fermenti voca-
runt. Ipse cl. VNZER demonstrare cona-
tur, materiae ratione assimilationis sese
propagantis actionem esse triplicem; hanc,
instar fermenti quasi operantem, *physicant*
appellat, quando materia ista humoribus
corporis tantummodo admixta hos sibi
similes reddat. Sed minime haec physica
humorum alienatio admitti potest, cum
fluida nostra alio quodam respectu cum
solidis considerari debeant. nostris autem
temporibus satis euictum est, in corpore
viribus vitalibus aliisque sat notabilibus,
ex principio isto vitali, nervis, pendentib-
us, exstructo non omnes mutationes se-
cundum leges physicas fieri: nec non ana-
logia morborum putridorum originis ad
aliorum originem vti possimus. (§. 10)
Alium materiae agendi modum dicit *orga-*
nicum, quando in organon quoddam

agit

agit,
vt h
runtu
prob
ac f
tione
deme
al re
ultim
nerui
affect
rant
cunt
nostr
et ex
ipsa
mani
fugia

pium
terie
aliis
ludae

a)

agit, atque in hoc motus excitat, qui, ut humores similes fiant, necesse requiriuntur. Sed actio haec firmis argumentis probari non potest, cum ex sola solidorum ac fluidorum structura et mixtione mutationes istae declarari nequeant, nisi prius demonstrare velis, organorum structuram a rebus externis alienari posse. Ergo ultima laudati virtus theoria, iuxta quam nervi a materia contagiosa praeter naturam affecti iustam fluidorum mixtionem alterant ac in his similem materiam producent, quam dicit *animalem*, scientiis nostri aevi, analogiae aliorum morborum et experientiae eatenus satisfacit, quatenus ipsa nervorum in fluida nostra actio satis manifesta est, quanvis eiusdem modus nos fugiat.

§. 14.

Hoc systema nervorum illud principium esse, quod nobis in indaganda materiei contagiosae actione, ne dicam de aliis morborum caussis, respiciendum sit, suadent in primis:

- a) totidem obseruata actio inconstans eiusdem, morborumque, quos producit, in corpore infecto per accidentem.

dentalia modificatio. Materia v. c variolosa maligna variolas benignas produxit 48); nec exempla defunt, ubi ex communicatione materiae benignae malignae ortae sunt, quod minim e dispositione humorum, huic illius morbo fauente, explicari potest, cum sanissimi et robustiores homines eadem epidemia variolis saepe malignis aliquae per morbos vel vitae genus debilitati benignis corrupti sint; qua de re experientissimi viri materiam malignam iubent famis corporibus communicare, vt variolae mitiores orientur. — Observata porro, quae argumentum pro materiae nostrae varietate iamiam praebuerunt, hanc in nervos actionem firmant, cum impressiones materiae per morbos totum corpus turbantes minime delatae sint, sed his sublati vim suam exseruerint. Quonam corporis loco materia ista incolumis seruata fuit, ne turbulentis ac impetuosis motibus in isto statu, quo fluida omnia perpetue celerrimeque moventur, per minima vascula coguntur, secer-

nun-

48) Kirckpatrick, I. c. p. 135, 136.

nuntur ac rursus recipiuntur, humorum massa intime miscetur, alienationem experiatur vel excernatur: quae omnia argumento esse videntur, impressionem materiae contagiosae in nervos fieri ibique incolument evadere.

b) analogia. Systemate nervorum vlo modo turbato eiusque actionibus laesis, subito ac immediate in corporibus sanis non raro corruptiones humorum observantur, quod de animi pathematisbus quotidiana experientia affirmat. Ab ira sequi videmus bilis maxime corruptae excretionem, saliuam alienatam, immo tam acrem, vt hydrophobiam inducere possit 49); lac matris irascentis subito summam corruptionem contrahit, vt non raro infantil conuulsiones immo et mortem adducat; nec non huc referri possunt gastritides, febres biliosae, putridae al. ex iracundia ortae. Neque metus effectus in corpore latent, ita, vt Cheyne, Royers al. eundem praeprimis epidemicorum morborum caus-

49) V. allegata in Swietenii comin. ad §. 110.

caussis ansam praebere dicant; sequela eiusdem conueniunt cum terroris effectibus; praeterquam minus fortiores sed diutius perseverantes sint; notissima sunt exanthemata ista ad labia eum sequentia. Inter februum putridarum caussas LETTOM⁵⁰⁾ metum numerat, ut et alii caussam quorundam morborum sufficientem istum interdum esse putant, ac experientia demonstrare student; sic PLATNER statim post moerorem ac iracundiam spiritum foetentem obseruavit, quae omnia vir laude mea superior HOVEN ad firmandam suam, de cruditatum in febribus intermittibus origine, theoriam allegat, et addit „es ist keine Leidenschaft, „so gering, keine in ihren Aufzäh- „lungen so mässig, daß sie nicht auf „irgend eine Weise solche zerstörende „Wirkung auf unsre Säfte hervor- „bringen könnte⁵¹⁾“ nec minus clariſſimus vir humorum depravationes, que

⁵⁰⁾ Comment. edinburg. III. p. 301.

⁵¹⁾ Versuch über das Wechselseiter und seine Heilung, besonders durch die Chinarinde. 1789. Theil I. p. 34.

29
que
roris
for
sint;
a ad
rium
n 50
ffiam
atenu
ex
sic
rem
ob
mea
dam
ter
gat,
haft
val
auf
nde
cor
cla
nes,
uae

ung,
il L

quae saepius in infantibus dentitione laborantibus obseruantur, ab irritato per istud difficile dentitionis negotium neruorum systemate deducit. Ex aspectu fomitis contagiosis nimis ingeniose Fracastorius eiusmodi morbos interdum ori i credit, ac nostris temporibus quidam affirmare ausi sunt, homines ex aspectu aliorum variolarum vestigis insignitorum variolis correptos esse.

Neque in statu corporis morboſo haec neruorum affectorum in humores actio latet; saepissime enim in ulceribus prius bonum per animi affectum in sanie ichorofam abire videmus ac morbi benigni eodem modo maligni euadunt. Magnam ceteroquin habet probabilitatem, humorum depravationes in affectibus spasmodicis saepius obseruatas eadem ratione generari; immo exempla prostant, alienationis speciem, quam alii specificam credunt, pururam, qua etiam terrore perculsi aegri coripi obseruantur, a spasmo cynico productam esse. Quid, quaeſo! impedit, quo minus in

indaganda contagii actione ad neruos
refugiamus, quum haecce materia
in corpore, quod reliquit, iamiam
aegritudines varias produixerit, atque
neruis ita afficiendis, vt reactione
sua in humores ei similem materiam
producant, inepta esse minime vide-
tur; quidque impedit, idem de om-
nium huiusmodi morborum causa
contendere, quod nonnulli de his
illistis morbis, in quibus neruos sum-
me affici ac maximam humorum de-
prauationem obseruarunt, affere-
non dubitant. Sic materiam conta-
giosam quandoque liquorem neruosum
sanguine prius inficere, iamiam WIL-
LIS⁵²⁾ affirmat; hand denegat
WINTRENGHAM⁵³⁾, ob magnam
volatilitatem subito in neruos agere.
Docet etiam de quibusdam contagis
VNZER, in neruorum systema age-
re, exinde morbum formalem ori-
ac materiam specificam propria ita
fen.

52) Patholog cerebri et neruosi generis specim:
Oxon. 1667. p. 66.

53) Comm. nosologic. in Op. Lond. 1752. V. II.
p. 318.

eruos
teria
niam
atque
tione
riam
vide
om
ausfa
his
sum
de
rere
na-
sum
egat
nam
ere.
giis
ge-
ori
ita
en-
im:
II.

facultate praeditam in humoribus ge-
nerari. Sed

c) alia adhuc circa morbos contagiosos
momenta hanc theoriam et illustrare
et eadem illustrari videntur.
Symptomata, quae hominum infe-
ctum esse ostendunt, minime nobis
signa fluidorum qua talium affecto-
rum praebent; sunt sensations in-
gratae, laetitudo, nausea, corporis
inertia, aliaque phoenomena ple-
rumque febrem non longe abhinc
erumpentem praecedentia, quae
PLATNER⁵⁴⁾ ac post cum H'OVEN⁵⁵⁾ ob ista omnibus corporis
neruis communi gustandi facultate
deducunt. Nec non febrem, cum
quibusdam morbis contagiosis con-
iunctam, a materia nostra praepri-
mis senorum commune afficiente
proficiunt, rationi consentaneum videtur
magis ac ista sententia, quod ma-
teria illa in liquida agens horum
ope eam incendat; haudquaquam
enim

⁵⁴⁾ Vid. additament. II. ad Haenii rat. med.
vernac. lingui. Tom. I.

⁵⁵⁾ I. c. §. 48.

enim credere possum, materiam
subtilissimam magis fluidis quam ner-
vis afficiendis aptam esse, ac ista
alienari posse, quae febrem caußent.

Analogia quoque, animi affectuum
immediate sensorium commune lae-
dentium, nos docet, materiam no-
stram febris caußam esse. Per actio-
nem nervorum inde alienatam circui-
tus turbatur, horripilations acce-
dunt, sequuntur anxietates praecon-
diorum, exaestuaciones, pulsus celer
ac frequens, respiratio laesa al. Ac-
cedit, quod alienatio humorum in
febribus contagiosis semper has se-
quatur, nec vilium indicium eam an-
tea ostendat; quotidiana enim ex-
perientia testatur, aegrum ante hoc
tempus contagii facultate minime
gaudere: vnde dubitari non potest,
productionem materiae istius speci-
ficae caußam febris non esse, sed por-
tuus magnam partem ei originem de-
bere. Alia quoque in hilice morbis
obseruata ista theoria dilucidari po-
sunt. Variolae plerumque semel tan-
tummodo homines invadunt; qua-

le

lem autem mutationem per vitam persistenter organa secretionibus inservientia ac ipsa fluida fibi vindicant, ne materia variolosa vim suam propriam in eadem exercere iterum possit? Me arbitro huius rationem non eruemus, nisi credamus, materiam istam in neruos agere, eosque ita mutare, ut eiusdem impressione altera vice affici nequeant. Deinde notissimum est, materiam contagiosam quandoque satis diu in corpore delitescere, donec vim suam exferat. Rationi minime conuenit, eam quadam materia, actionem suam impediente, inuolutam haerere posse in corpore, cuius fluida semper in circuitum mouentur, per minima vasa coguntur, secernuntur ac rursus recipiuntur, rel: Haec omnia nil nobis suadent, nisi quod materiae communicatae impreffio in neruos, vel, si lubeat, in ganglia incolumis remaneat, vsque dum alia accidentalia eius actionem vel impressionis in sensuum commune promotionem producant. Sic hydrophobiae curatio per submersionem, quae non, nisi al-

C te-

teratione neruorum per terrorem inducta, effectus suos praestare videtur, argumento nobis est; vt multa alia, quae nobis experientia quotidiana praebet.

§. 15.

Repugnare etiam huic sententiae minime videtur, quod in scabie morbisque venereis symptomata ista sistema neruorum affectum demonstrantia esse non ita manifestent, vt in reliquis huiusmodi morbis, ac febris materiae generatione fauens perraro appareat. Istorum morborum materia neruis allata non valet, hosc eadem vi aut ratione afficere, vt fenorium commune turbetur, ac istos nifus, impressio-
nen remouendi, quos febrem vocamus, tentet. Fac esse, vt eius impressiones ad illud non deserantur, sed in gangliis ex mente JOHNSTONI⁵⁶⁾, VNZERI⁵⁷⁾, al. huic officio inferuentibus reflectantur; vel denique febris aliqua laesi neruorum systematis symptomata deficiant, quia istae materiae, scabiosa ac venerea, tantum-

⁵⁶⁾ Bemerkungen über den Nutzen der Nervenkno-
ten. 1787.

⁵⁷⁾ Erste Gründe einer Physiologie der eigentl. thier.
Nat. Theil I. p. 48.

modo organorum eorum nervos afficiunt,
qui vt in naturali, sic etiam in praeter-
naturali statu vehementes actiones non
exserunt, vt in suis organis eiusmodi sat
notabiles producant motus. Nec non ana-
logia ac obseruata hanc rem extra omne
dubium ponere videntur; metus, moero-
ris al. effectus sensim in corpore apparent,
neque obliteratorem fagaciorem sympto-
mata istorum morborum eruptionem praec-
edentia, opinionem nostram firmantia,
grauitas membrorum, corporis inertia,
lassitudines spontaneae, lensor actionum,
virium sublatio, moeror, metus, pallor
faciei, sub oculis nigror rel. fugiunt.

§. 16.

His prolati licet nobis morbūm
contagiosum ex mente VNZERI in duo
stadia dividere, quorum primum absoluīt
materiae contagiosae actionem in nervos.
Paucis nūnc inquiramus, cuius modi haec
actio sit, quaque qualitate materiam no-
stram, vt nervos afficiat, praeditam esse
oporteat. Minime circa hanc rem dubi-
tamus, contractilitatem ac sensilitatem,
principia omnino sat notabilia vitae anima-

lis minus quam istam neruis communem gustandi facultatem accusare, quam magni nominis viri PLATNER⁵⁸⁾ HOVEN⁵⁹⁾ al. dilucidarunt, atque ex eius affectione plura illustrare conati sunt, quae alii ab ipsis corporis viribus praeternaturaliter affectis deduxerunt. Sensationes contagium subsequentes facilissime ex ita facultate laetae intelligi possunt, quippe quae effectibus nauseoforum principi gustus organo allatorum simillimae sint, ac sententiam firmare videantur, quod materia contagiosa sit substantia neruis nauseam quasi afferens. Nec minus symptomata ista formalem hanc morbi partem constituentia nisi principiū neruci ad remouendam illam impressionem nauseosam haberi debent, quod de febre eleganter exposuit HOVEN. Vis autem nernea a materia contagiosa non solum ad eius remotionem incitatur, sed alienari etiam operat, ita, ut in organa secretionibus inferuentia modificationes istas producat, quae materia contagiosa in fluidis generetur. Rationi non absolum est, generationis materiae contagiosae actiones illas syste-

58) l. c.

59) l. c. §. 48, seq.

matis neruosi laesi praeter naturales fauere, quum saepissime in decurso febrium minime ex depravatione humorum proualentium eiusmodi generatio materiei inueniatur; ut non minus ex ipsa febris natura demonstrari posse videtur.

Modus autem alienationis istius nervorum eorumque virium haudquam definiri potest, etenim virium vel intentio vel immunitio rem non ita exhaustiunt, vt ex his solis ista fluidorum alienatio dilucidiari queat, ac alia vitiorum genera hucusque propter structuram ac actiones nervorum nondum satis clara admitti non possint. Magnam habet probabilitatem, nervorum principium per impressionem huius illiusque materiae contagioae vel excitari vel opprimi, unde actio nervorum in organa turbata, ac exinde eorundem functiones mox augentur, mox diminuntur, vaorum motus invertuntur, secerenda retinentur ac excernenda rursus in humores recipiuntur, vel se - ac excretiones augentur, aliaque functionum vitia promanant, quae omnino ad illius materiae generationem sufficere videntur; qua peracta, stadium secundum, morbum

firi

strictè dictum contagiosum complectens,
apparet.

§. 17.

Viae, per quas materia contagiosa corpus aggreditur, sunt corporis loca, quae appetere potest; superficies scilicet externa aliqua loca ab exteris ad interna procedentia, e. g. urethra, os internum al. contagio fauent. Ingressum aeris in respirationis vias ac cum ingestis in tubum cibarium accusant, qui omnes fere morbos contagiosos in distans se se propagare contendunt; quum autem, ut supra iamiam monquimus, ista materiae actio per aerem non nisi variolosae attribui possit, omnino partes magis externas contagio ansam praebere, veritati consonum videtur. Allata nunc materia corpori proxime in humores agere ac exinde neruos afficere minime putamus, quam nullam huius rei probabilitatem inueniamus, nec non dicta hanc rem iamiam satis exponere nobis videantur. Ut nerui impressionem concipiunt, plus minusve temporis materiam retineri oportet, quod quotidiana fere experientia nos docet; sic morbi venerei inter-

terdum absfutione partium genitalium ma-
teria contaminatarum praecauentur.

Sed aliam adhuc conditionem ma-
teria contagiosa morbum suum in alio cor-
pore producendo sibi vindicat: solam enim
materiam contagiosam, vt morbum suum
producat, hand sufficere, multis probari
videtur obftruatis. Cessant morbi conta-
giosi per regiones et recrudefcunt, iisdem
regnantibus non omnes inficiuntur conta-
gio expositi; quod etiam de miasmate fa-
tis euictum eft. Dispositio itaque corpo-
ris, impressionem materiae concipiendi,
adeffe debet seu caufa quaedam praedif-
ponens corpori proclivitatem, contagionem
admittendi, inducere necesse eft. Hancce di-
fpositionem in craci humorum materiae con-
tagiosae affinium alienata, per quam aptitu-
dinem acquirant, materiei communicatione
in motum intestinum eandem multiplican-
tem abeundi, quaeri non posse, e dictis
satis patet, quae potius probare videntur,
caufam istam non nisi singulari cuidam
neruorum qualitati originem debere. Cauf-
sae, quae ex omnium fententia istam praे-
dispositionem inducunt, dilucidare illud
videtur; sic ex animi pathematibus praे-
pri-

primis terror, metus, iuctus, tristis imaginatio ac ira iisdem adnumerantur, quam quidem facultatem non solum plures inde repetunt, quod resorptionem promoueant, sed rem paullo accuratius persipientem etiam minime latebit, ab ipsis causis nervos ita debilitari, vel alio modo alienari, ut materiae impressionem eo magis recipiant: organismus v. c. contagioni favere dicitur: neminem autem fugit, nervos hic sensibiliores ac exinde causis morborum externis resistendi minus aptos fieri; maniaci difficilius morbis contagiosis corripuntur, quod ex conditione systematis nervosi praeternaturali satis manifesta explicari posse videtur.

§. 10.

Rationem singularis materiae cuiusunque contagiosae actionis in quaedam corporis organa, dum hoc illud corporis fluidum sibi vindicet, huiusque translatione in aliud corpus suum morbum propaget, ex natura specifica et ipsius materiae et facultatis gustandi cuiuscunq[ue] organo peculiaris deducere minime dubitamus. Quodque enim organon specifica percipiendi facultate gaudere non rationi solum con-

fo-

sōnum videtur, sed obseruationibus etiam
 demonstrari potest, quas quidem alii e
 specifica organorum irritabilitate repetunt,
 sed, mi fallor, magis apte ex ista corporis
 facultate repeti debent. Haec neroorum
 gustandi facultas cum sensilitate ac irrita-
 bilitate iuncta oeconomiae animalis functio-
 nes rite administrat, grata distinguit ab
 ingratiss, noxiis ab utilibus al. non fecus
 ac principale illud gustus organon. Ob-
 servata etiam facultatem organorum pe-
 cularem firmare videntur; tartarus eme-
 ticus linguae neros non afficit, qui aro-
 matibus valde afficiuntur, utriusque actio
 in ventriculum satis diuersa est; terebin-
 thina, cantharides sistema vropoieticum
 mouent aliorumque remediorum determi-
 natam versus organa quaedam directionem
 animaduertimus.

Materia contagiosa, cum specifica
 sit, actio eius etiam diuersa esse debet,
 quam ex eius crasi peculiari, omnino ab-
 scinda, nos eruere oportet. Sic materia
 variolosa ac morbillosa serum, hydropho-
 bicā faliuam, scabiosa glandularum cuta-
 nearum succum, venerea lympham, verbo
 omnes cachexiae lymphaticum sistema

D et

et ab eo secretos humores sibi vindicant.

Nonne autem materia contagiosa absque contagio in corpore humano oriri potest? Scabiem et hydrophobiam sponte nasci, omnes non dubitant, quod etiam quotidiana experientia docet; sed nec illa constat certa experientia, variolas ac morbos venereos in Europa absque contagionatis fuisse. Negare non possumus, quod primus, qui hisce morbis laborauit, eos conceperit absque contagio per alium hominem sibi communicato. Nati sunt omnino ab una vel pluribus causis simul concurrentibus; in quarum indagatione satis solliciti fuerunt medici ac in diuersas, nescio, an satis facientes, abiuerunt sententias.

§. 19.

Finem imponamus dissertationulae, si paucis tantum inquisuerimus, quae morbis de iure contagii facultas adscribi debet. Maxime hac de re dissentient medici, dum alii per paucis tantummodo morbis contagium attribui velint, alii huiusmodi morborum numerum ita augeant, ut

fere

fere vnumquemque aegrum ad coercendum contagium a sanis separare necesse fit. Praeprimis morbos, qui per vniuersum populum magis minusue grassantur, morbis, nemine, ni fallor, negante, contagiosis adnumerant, eorumque latum imperium a contagio repetunt, quod rectius deriuari oportet a caufa, quae communis eodem tempore plura in corpora agit, ac hanc ob rem in iisdem eiusmodi morbos producit; qui itaque a nostris distinguuntur, quod iis nullā caufa morbum ex homine in hominem transferens inhaeret. Diaetae ac aeris vitia morborum istorum caufas esse, experientiae luculenter respondet, quae nos docet, quod morbis, diaetae corruptae ortum debentibus, iū tantummodo afficiantur, qui vitiosis eiusmodi alimentis ac potulentis fruuntur. Illi enim, qui in eodem loco degerunt, sed meliori victu vſi, ab his morbis immunes manferunt; sic in urbibus obſeffis milites et inops plebs ab annonae penuria morbis correpti sunt, dum militum praefecti et ditiones ciues sueta quidem sanitate adhuc fruerentur; scorbuto iſi tantummodo laborarunt, qui cibis vel praeparatione vel vetustate ei producendo aptis pasti sunt.

D 2

Ne-

Neque aeris vitia morborum late sese diffundentium caussas sistere, dubitari potest, quum saepissima repentinae eiusdem et sat notabiles vicissitudines subsequuntur, quae-dam annorum tempora plerumque fibi vindicent, ac loca vel situ vel aliis conditionibus aeris corruptionem fountia, carceres, nosocomia, pauperum tabernas, regiones humidas, paludosas degentes corripiant. Ut paucis rem expediamus, non alienum videtur, axiomata, quae e dictis nostris resultant, proferre ac inquirere, an satis commode hisce morbis applicari possint.

Materia, contagii facultate praedita, non nisi in corpore viuo oritur.

Contagium semper supponit duos homines; unum, a quo exit materia ista, alterum, qui eandem in se suscipit, ac inde simili morbo aegrotat.

Pericula docuerunt, contagia per contactum tantummodo agere, variolas autem per aerem non propagari, nisi in distantia, quae cubitum dimidium non transgreditur ⁶⁰⁾.

^{Ma-}
60) Haygarth l. c. p. 28.

Materia vnaquaeque contagiosa specifica est ac nullum nisi suum morbum pro-
ducit, nec non fluidum peculiare ad morbum suum propagandum sibi vi-
dicat.

§. 20.

Putrido permulti, iisque magni nomi-
nis viri, contagii facultatem adscribunt, fo-
mitemque petechiale, miliarem, ma-
lignum, dysentericum al. admittunt, qui-
bus tamen horum morborum ipsa natura
ac obseruata repugnant. Caulae, quibus
morbi putridi originem debent, permultae
sunt, interdum secretae atque inexplicabi-
les, interdum satis manifestae; ex quibus
primum obtinent locum aeris corruptio
vel ab excessu tempestatum vel exhalatio-
nibus aegrorum, cadauerum, paludum al.
annonae inopia seu vitiosae qualitates,
animi pathemata, praecipue bilis organa af-
ficiantia, morborum neglectus vel vitiosa
tractatio rel., quae omnia istos morbos
producunt, dum eorum admissione genus
neruofum illabatur, vt ineptum fiat, cor-
poris functiones rite peragendi, aut ita in-
tendatur, vt per reactionem solidorum in
fluida nimis validam in his ita decomposi-
tio

tio generetur, quae putredo audit. Hoc
praerimis in his morbis, qui sine causa
materiali oriuntur, istud in his et illis a
causis externis pendentibus obseruamus.
Differunt itaque maxime inter se ratione
ortus ac causarum, dum saepius causa
materiali non admissa oriuntur, quae qui-
dem epidemice non regnant, nisi ista cau-
fa plures afficiat; vel epidemici obseruan-
tur illi morbi, praerimis diaetae ac aeris
vitiis originem suam debentes. Cur, que
so! in his morbis, ut lati eorum imperi-
rationem cognoscamus, ad contagium re-
fugimus, cum minime lateat, epidemiae
causas communes esse ac in plura corpora
agere. Vnanimiter medici aeris constitu-
tionem acculant, ac inde morborum, ge-
nium magis minusue deteriorem deducunt.
Expertum constat, quaedam anni tempo-
ra, quorum constitutio satis in sensu ex-
dit, iisdem fauere; sic aer australis, hu-
midus, calidus, nebulosus ac ventis desti-
tutus praesertim vere et autumno, acce-
dientibus frigidioribus ventis septentriona-
libus, febres mali moris, putridas, exanthe-
maticas affert; post aestatem diutius fici-
orem ventus borealis autumno spirans fe-
bribus miliaribus, dysentericis al. anam-

prae

Hoc
ausfa
dis a
mus
tione
ausfa
qui
cauf
ruan
aeris
quae
operil
n re
emiae
corpora
stitut
n, ge
cum
tempo
s ca
hu
defi
acce
riona
anthet
ficc
ns se
amfam
prae

praebet ⁶¹⁾. Caussae istae per immundiciem, neglectum, nimis magnum hominum concursum et in locis, quae putridis iamiam effluuiis repleta sunt, exaltantur, unde febres istae carcerum, nofocomiorum ac infimae homines fortis corripientes certissime promanant. Differunt non minus ratione symptomatum; minime enim febres putridae, malignae, petechiales, dysentericae rel peculiares morbos constituant: originem suam iisdem caussis debent ac gradu tantummodo vel a caussa externa vel a corporis dispositione pendente inter se discriminantur. Inprimis conueniunt omnes fere medici, morborum eorumdem exanthemata non nisi symptomata accidentalia esse, neque materiam specificam praebere; superueniunt etiam febribus biliosis, catarrhalibus; incertis prorumpunt temporibus, permulta varia symptomata ante eorum eruptionem obseruantur ⁶²⁾ vt ex his iamiam concludere licent,

61) Hoffmanni Oper. Tom. II. Sect. I. cap. 6.
et 10.

62) Cf. Salzmann histor. febr. miliar. alb. Arg. 1736. Geissler über den Fritzel, im 3. B. der Samml. von Beobachtungen. Rig. 1767. Selle Med. clin. p. 114. Ej. Pyretolog. p. 162, de la Cloture, l. 4, p. 572, seq.

ceat, materiam petechiale ac miliarem, contagii facultate praeditam, minime obvenire.

Morborum putridorum contagium etiam refutare videntur obseruationes epidemiarum, minime per materiae translationem a corpore in aliud propagatarum; sic SWIETENIUS mentionem fecit febrium epidemicarum pessime se gerentium cum exanthematibus, petechiis, maculis gangraenosis aliquis malignis symptomatibus, a noxiis paludum effluviis ortarum, quam minime per contagium sese propagabant, „Degentes, inquit, in salubriori aere, licet in domos suas receperissent homines, iisdem febribus decumbentes, tamen non inficiebantur 63)“ Exercitus pars humida et paludosa loca occupans morbis epidemicis afflita obseruata est, dum altera pars commercio istius via immunis euaderet. Quod etiam multoties in epidemiis a diaetae vitiis, annonae vel inopia vel nociva qualitate productis obseruatum est; etenim teste experientia in eodem habitantes loco, sed meliori ventes uictu istis morbis minime correpti sunt. Minime

63) I. c. ad §. 1409.

negamus, in nosocomiis aliisque locis, quo-
rum aer exhalationibus et sanorum et mor-
bis laborantium corruptus est, eiusmodi
morbos provenire, seu latius sese diffun-
dere, sed ope contagii hoc fieri, a veri-
tate alienum videtur. Expertum potius
habemus, istos morbos plures inuadentes
causae communi in aere haerenti, oecoto-
nomiae animalis principio inimico, ortum
debere. Quid est, quod ii, qui eiusmodi
aegris diu noctue assistunt, contactui eo-
rum saepissime expositi sunt, ac atmos-
phaeram acute aegrotantium proxime inspi-
rant, frequentius non afficiuntur ac alii
procul ab iis versantes? numerus aegro-
rum sane maior esset, praesertim, cum fa-
tis liqueat, causas praedispontes, morbos
putridos souentes, semper fere in corpore
extare; nec non morbi putridi sporadice
obuenientes latius sese diffunderent. Per
contactum propagari, periculis KRAUSSI
sat refutatur, qui sudorem, materiam pe-
techiale al. citra omnem effectum secum
communicauit⁶⁴⁾, nec non MEZLER⁶⁵⁾

ex-

⁶⁴⁾ Diss. inaugural, qua. disqu. an febris putr.
sit contagiosa. Tuebing. 1783.

⁶⁵⁾ Von der Wassersucht, eine gekrönte Preischrift:
nebst einem Anhang von der Ausekkung. 1787. J. 23.

experimentis persuaderi affirmat, neque sudorem, neque sanguinem ac pus eorumdem contagii facultate gaudere. Minime etiam dubitamus, his morbis febres malignas adnumerare, atque dicta hisce applicare, cum satis euictum sit, eas altiorum tantummodo febris putridae gradum fistere. Ex iisdem caussis, praeprimis si solito maiores aut corpus illis minus resistat, originem trahunt quod in carceribus, nasocomiis aliisque locis, quae plerumque inuadunt, obseruatur. Cf. §. 8.

§. 21.

Neque consentiunt medici in ista quaestione, an pestis contagii facultate sit pata sit? Refutamus contra eos, qui pro contagio pestifero dimicant, argumentum non minimi momenti, quod negare conentur, dirissimum hunc morbum febrem peculiarem seu sui generis esse. PETRUS FORESTUS⁶⁶⁾ iamiam febrem pestilentem gradu tantummodo a petechiali differre contendit, teste STOLIO⁶⁷⁾, minime etiam dubitante, eam se-

66) L. VI. obsern. 2 schol.

67) Rat. medendi. Part. II. cap. 9.

febris biliosae seu putridae altiore gradum determinare, nec non SYDENHAM⁶⁸⁾ febribus malignam ab ea non, nisi ob gradum remissione, discriminari affirmat. Vtriusque caussam quoddam generi neruoso inimicum ac exinde totam oeconomiam animalis destruens esse, id vix dubitatione obnoxium videtur, atque obseruata, pestem saepissime febres putridas praecedere, sensim in istam pestem abire, nec non in decrescente istius imperio prouenire,⁶⁹⁾ eam minime indole, sola periculi magnitudine ac maiori aegrotantium numero differre, satis ostendunt; quod non minus firmare videtur ipsa minoris gradus pestis, cuius symptomata, leuis breuisque horripilatio, calor huic succedens sanum fere aequans, lassitudo exigua, dolor mitis, mens solito quidem hebetior, caeterum fere aequo modo agens, sitis vix vila⁷⁰⁾ al. febris ista malignae aemulantur. Vnanimiter conueniunt me-

di-

68) l. c. Sect. II. cap. 2. — Böttcher morb. maligni. in primis pestis et pestil. breu. et genuina explicatio. p. 6.

69) Sydenh. l. c.

70) Chenot Tractat. de peste. Vindobon, 1766.

dici, quod originem suam aeris alterationi plerumque secretae atque inexplicabili debat; primus iste ac strenuus obseruator constitutionem pestilentialem a serie tempestatum sese excipientium ac austero humido et calido diu perseuerante deducit ⁷¹⁾, cuius veritatem experientia testatur; repentinae enim aeris vicissitudines ac alia meteora insueta, quae bonus D I E M E R B R O E C K I U S ⁷²⁾ summi numinis adhortationes credit, eandem vel praecedunt, vel concomitantur; nec non plerumque anni tempora fat notabilibus iisdem atmosphaerae alienationibus gaudentia pestis fibi vindicat. Neque ratio lati ac longe durantis huius morbi imperii latet, cum, durante morbo, etiam caussam istam communem adesse, satis probari possit. Qualitates illae aeris, manifestae in eunte epidemia, sub eiusdem vigore obseruatae sunt ac eae satis conspicuae; varii coerulei igneique globuli visi sunt; fontes exspirauerunt pestilentem foetorem, a quo plura hominum millia perierunt ⁷³⁾, nullae

aues

⁷¹⁾ Hippocr. lib. de morb. vulg. III. Sect. 3.

⁷²⁾ Tractat. de peste. p. 6.

⁷³⁾ Sorbait consil. medic. de peste. Vienn. 1769. p. 88, 137.

ates istas regiones obuilitauerunt 74) al.
hanc aeris summam alterationem demon-
strantia. Quodsi autem pestis contagium
detur, cur pestes saeculo decimo sexto
et septimo varia loca a se remota inuasere
ac loca interposita minime afflixerunt 75)? —
cur liberae non fuerunt rusticorum et pau-
perum tabernae, in ipsis etiam altissimis
montibus sitae, licet inter se separatae
nullaque vicinitas ac communio inter rusticos
fuerit 76)? cur constitutio aeris con-
traria pestis grassationem saepius coercuit?
Quamobrem olim, tam frequenti popu-
lorum commercio nondum extante, mul-
to nunc frequentius apparuit? an cautelae
istae ex mente STOLZI magis nocuiae
contagium a finibus vicinarum regionum
arceant? minime videtur, quum commu-
nio praeteritis temporibus multo minus
erat, ac cautelae sumtuosae eandem in-
hibent. Qua denique ratione venenum
pestiferum, quod ex sententia DIEMER-

BROE-

74) Schreiber Obscrv. et cogitat. de peste. Berol.
1744. p. 6.

75) de la Cloture l. c. p. 565.

76) Hildani Oper. obscrv. et curat. med. chir.
Franc. 1682. Cent. IV, obs. 23.

BROEKII 77) per plures menses, ex SENNERTI 78) opinione per annos latere potest, si nostras regiones semel invaserat, exulari potuit et per multos annos eosdem reliquit? alia veritati contentire minime videtur, ac quod climatis alienationes, atque praeternaturalium caussarum congeries, constitutionem pestilentiae fons, minime oriuntur. Ipsiis in regionibus pesti obnoxiosis morbus plane cefsat, nec sporadicus prouenit per anni tempora, immo per nonnullos annos, licet aegri cum sanis habitarent. Omnia haec satis probabilia videntur, pestem minime contagio sepe propagare 79).

§. 22.

Non aliter res se habet cum reliquis morbis, his illisue scriptoribus in contagiorum classem reductis, quorum alii non nisi aeris alterationibus originem debent,


77) l. c. L. I. c. 8.

78) Lib. de febr. IV. c. 3.

79) Pl. vid. Chicoynean Traite de la peste: Verney Obseru. et reflex. touchant la nature de la peste. Lyon 1721. Pye discourse of the Plague Lond. 1721. Ferro nähere Untersuchung der Pestansteckung. Wien 1737. al.

bent v. c. tussis conuulsiva, alii diaetae
vitia pro causa agnoscunt, vt scorbutus,
raphania, caet; alii denique vel eodem
modo, quo putridi morbi, morbos produ-
cunt v. c. cancer apertus; vel haeredita-
tri quibusdam habentur; vel minus fidis
obseruationibus contagii facultate praediti
creduntur, quorsum pertinet febris scarla-
tina, phtisis rel: contagii facultatem itaque
non nisi variolis, morbillis, hydrophobiae,
scabiei et morbis venereis adscribendam
esse, ratio aequa ac experientia tes-
tantur.






halles, Diss., 1788-91



Sb.

vDn78

B.I.G.



11
SPECIMEN INAVGVRALE MEDICVM,
SISTENS QVAEDAM 1790
CIRCA 12
PATHOLOGIAM
MORBORVM
CONTAGIOSORVM
GENERALEM,
AVCTORITATE ET CONSENSV
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN REGIA FRIEDERICIANA,
PRAESIDE
JO. CHRISTIANO REIL,
MEDIC. ET CHIRVRG. DOCT., THERAP.
PROF. PVBL. ORDIN., DIRECT. INSTIT. MEDICI
REGII CLINICI,
CIVITATIS HALL. PHYSICO ETC.,
PRO
GRAD V DOCTORIS
SOLEMNITER OBTINENDO
DIE VIII. FEVRVAR. MDCCXC.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR
FRIED. CAROL. ALEX. HEYDRICH
CALBENSIS MAGDEBURGICVS.
HALAE,
TYPIS I. C. HENDEL.